



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

CLXXXIV. De subjectione Tertiariorum Ord. Carmelit. Magistro Generali  
eiusdem Ord.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO  
1728.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

359

ANNO  
1728.

das, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective, inviolabiliter, & inconsuete observari, & adimpleri: sicut, & non aliter in præmissis per quoquacumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, aliosve quoslibet quamcumque preæminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriz.

§. 12. Non obstantibus fel. rec. Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel Specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dictorum Monasteriorum Congregationis, & Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulvis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciis, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Descretis in generis, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, ac plures approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, aut forma in illis tradita, observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permansurs, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut finita, seu quomodolibet deficiente concessione Enphyteutica prædicta bona, res, & iura sub illa comprehensa cum suis membris, & pertinentiis universis, neconon melioramentis desuper pro tempore factis ad dictum Monasterium Sancti Clementis in Piscaria pleno jure, atque omnino libere revertantur, illique cedant absque eo quod renovatio concessionis hujusmodi a quoquam sub quovis praetextu, seu ex quacumque causa peti, vel prætendi possit.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Augusti MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno V.

CLXXXIV.

Subjiciuntur Tertiarii Ordinis Carmelitarum jurisdictioni, & Regimini Magistri Generalis ejusdem Ordinis.

De Commissario Tertii Ordinis Carmelitarum Provincie Fluminis Januarii vide aliam hujus Conf. ed. 1726. Jul. 24. P. 3.

Dat. 30. Aug.  
1728. Ann. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius modernus Procurator Ge-

neralis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod cum ipse longa experientia comprobaverit nonnullas molestias, ac vexationes utriusque sexus ejusdem Ordinis Tertiariis illatas ab illis locorum Ordinariis, qui ejusmodi Tertiarios ad eorum subjectionem, seu superioritatem adigere volunt, exoriri, idque eidem Tertiariis animi perturbationem, spiritu que dispersionem, arque supradicti Ordinis Superioribus non modicam sollicitudinem afferre, dictus Procurator Generalis, quo similibus in Ordinationibus occurratur, literas nostras sub plumbo desuper ad perpetuam rei memoriam, Anno Incarnationis Domini 1725. quarto Idus Decembribus Pontificatus Nostri Anno Secundo expeditas, per quas inter alia Tertiarii Ordinis Sancti Francisci a jurisdictione, & Superioritate Ordinariorū eximuntur, ad Tertiarios primodiū Ordinis per Nos summopere extendi, & ampliari desiderat. Nobis proptereā præfatus Procurator Generalis humiliter suppliari fecit, ut in præmissis opportune provideat, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss, si quibus quomodolibet innodus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censesentes hujusmodi supplicationibus inclinati, literas nostras præfatas, per quas Tertiarii secundo dicti Ordinis omnimodæ jurisdictioni, & regimini eorum Ministri Generalis subjiciuntur ad Tertiarios utriusque sexus primodiū Ordinis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo extendimus, & ampliamus; ita ut illi, Priori Generali pro tempore existenti hujus Ordinis curæ, & superioritatibz subjici omniō sint.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit primodiū Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansurs, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem profusa fides adhibeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibiti, vel ostenta.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aug. MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno V.

Preces Pro-  
curatoris Ge-  
neralis.

Subiectio  
prædictorum  
Tertiario-  
rum.

Clausula  
derogatoria.

Fides haben-  
ta transump-  
tis.

CLXXXV.

Statuuntur, & confirmantur nonnulla favore Congregationis Fratrum Bethleemitarum in Indiis Occidentalibus.

De aliis privilegiis iisdem concessis vide aliam hujus Conf. ed. 1728. Apr. 9. P. 4. & Conf. ed. 1729. Sept. 30. P. 6.

BENE-

Facti exposi-  
tio.